

V C
4714



L.

A

Pod

Sw

g

GV

Ch



L. 36, 67.

V c
4714

D. O. M. O. D.

GUSTAVADOLPHEUM:

Hoc est:

AUGUSTUM MONUMENTUM

& Plausus & Planctus:

MAGNO GUSTAVO-ADOLPHO:

Potentissimo Invictis. Augustis. Victoriosis. Glo-
riosissimoq;

HEROI,

Svecor. Gothor. Vandalorumq; Re-

gi; Et cætera. Veritatis Evangelicæ Asser-

tori; Libertatisq; Germanicæ Defensori fidelissi-
mo-felicissimo:

Tum beic inter vivos fortissimè dimicanti;

Tum abhinc ad Divos prematurrimè emigranti:

ANNO CHRISTI, QVO

GUSTAVVS-ADOLPHVS In æVÒ aLterò trIVMfat.

Amoris & Honoris, Gratitudeinis & Memoria ergò

L. M. Q.

Constructum, Dicatum, Erectum,

Ab

HIERONYMO GVERNHERO Austriacò: Exsule:

E. P. A. L.

Nunc demum,

DRESDÆ Typis Aulico-BERGENIANIS publicatum.

A. C. 1652.

Chr. Fr. H. M. Israel; Mad. Ho. Pastor ac P. L. C. mittit Anctory





D.O.M.O.D.
GUSTA VADOLPHUM

GU... MMONUMEN...
of Thomas de...

MAGNO JUSTAVO-ADOLPHO

... ADOLPHO

... ADOLPHO

... ADOLPHO

... ADOLPHO

... ADOLPHO

... ADOLPHO

... ADOLPHO

... ADOLPHO

... ADOLPHO

... ADOLPHO

SE

D

L

VI

M

Hi

Hi

Ev

2



SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI
ELECTORIS SAXONIÆ A CONSILIIS PRI-
MARIIS:

ILLUSTRI ATQ; GENEROSO HEROI

ET DNO:

DN. CUNRADO-REINECCIO,
LIBERO BARONI A CALLENBERG; DY-
NASTÆ in Muskaw/ Wettesingen & West-
heim; &c.

VICE-MARCHIONI LUSATIÆ SUPERIOR. INCLU-
TO: Nec non Legionis Equestr. Saxonica quon-
dam Supremo
PRÆSTITI;

DOMINO SUO GRATIOSO:

Salutem Optimam & Obsequiosa Servitia!

Magnos magna decent; rectè canit ille Poëta:

Delectantq; Viros eximia Eximios.

Hinc Laudes Heroum Res-gestaq; Potentum.

Heròis Geniis convenienter eunt.

Hinc Res. præclare-gestas & fortia Facta.

Magnatum recolunt ac imitantur Ea.

Ergò TIBI meritò, Generose Illustris & Heros,

CALLENBERGI ADES, SVECATROPÆ A sacro:

Quæ Vivus REX olim & post Sua Funera VICTOR

PRÆPOTIS erexit Vig. Manuq; DEL.

A ii

Namq;

*Namq; Tuo Genio Heroo Res- per benè-gestæ
Conveniunt, & Re talia Facta probas.*

*Accipe quapropter Praconia Regia vultû
Mansuetô! & magni Hæc, VIR Generose, putas.
Accipe praterea ex Illustri Anagramma resectum,
Nomine nempè Tuô, ac consule quæso boni!*

Ex Illustri Nomine ac Titulô Dn. BARONIS:

CONRADUS REINECCIUS, LIBER BARO A CAL-
LENPERGIO; VICE-MARCHIO PER LUSATIAM SUP-
PERIOREM; DYNASTA HEREDITARIUS IN
MOSCAVIA, VVETTESSINGEN, AT-
QUE VVESTHEIMS;
ETC.

Exactè Hic Anagrammatismus conficitur.

CONSILII POLLENS, ARTE AC MARTE INCLYTUS
HEROS;

EN IUSTI, AC ÆQUI AC RIGIDUS SERVATOR HO-
NESTI ES!

ODISTI SED PRAVUM-CURVUM, AC IMPIA GESTA;
HAEC VERBERE BENE MUNERA!

Debitæ Observantiæ ergô L. M. Q.

Dat, Dicat, Offert

Humilis Auctoris Musa.

D. O. M. A. S.
VICTORIA SVECO-SAXONICA DE TILLIANIS
COPIS CÆSIS ET DISPERSIS,

*Quæ cruentò præliò inter Lipsiam & Breitenfeld
commissa 7 die, Mensis Septembr. Ann. 1631. parata est.*

I. EVXAPIΣTIKON.

Sit Dominus noster benedictus, noster JOVAH! *LUC. I. 6.*
Sit Magno semper gloria magna DEO!
Namq̃ suum populum rutilis invisit ab astris,
Et famulos rabidis hostibus eripuit;
Et misit nobis Boreali è climare mundi
Infractum cornu, grande Salutis opus:
Ut nos eriperet crudelibus hostium ab armis,
Eq̃ manu, nobis qui aëra aquamq̃ negant,
Ille sui populi tandem est ex corde misertus,
Nec planè extingvi funere sivit eum.
Hostibus crepti sic serviremus ut Ipsi,
Per vitæ tempus jugiter absq̃ metū;
In sanctâ & justâ vitâ & Pietate probatâ
Ut serviremus, quæq̃ placere queunt.
Ergò sit DOMINUS benedictus, noster JOVAH!
Sit nostro semper gloria summa DEO!

2. ADPLAUSUS.

De illâ-ipsâ Victoriâ Lipsiensi gloriosissimâ.

Plaudite Misniaci! magnum laudate JEHOVAM!
Nomini & Ipsius júbila grata date!
Nam nostram Patriam, Patriæ Patremq̃ cruentis
Papico ūm eripuit fortiter insidiis.
Nempè per auxilium Svecorum Nobile Regis
Nos execrandis hostibus eripuit.

A 2

Qui

Qui nos quinque locis orasque invadere nostras
 Ex irâ dudum proposuere sibi;
 (Utpotè Fama loquax, arcani prodiga semper
 Consilii, passim continuanter ait:)
 Quisque Patrem Patriæ captum certamine, Romam
 Mittere Pontifici proposuere sibi;
 Firmaque qui nobis subvertere castra volebant,
 Et raptum nostros exspoliare lares;
 Eloquar ut paucis, qui nos nostrosque volebant
 Viribus exutos subdere Pontifici:
 Hos DEUS Astripotens foveam detrusit in illam,
 Quam famulis hostes composuere suis;
 Quamque minabantur beneficiis, vindice dextrâ
 Ipsos in hostes reppulit interitum.
 Psallite Misnigenæ! fortem celebrate JEHOVAM!
 Nomini & Ipsius vota litate pia!

Chronologicon praelii Lipsiensis.

Ligistana t Verba septena Die septembris IV Xtâ
 Lipsenses agros est f Vsa.

3. JUBILUS ANNUO-FESTIVUS.

*Ob eandem Victoriâ famosissimam, Gratiitudinis
 ac Recordationis causâ, ab Ecclesiâ Evangelico-Lutheranâ habitus
 ad 7. Diem Mensis Septembris, Ann. 1632.*

JUBILA grata DEO date! Jubila grata JEHOVÆ
 Dicite Misnicolæ, ferte novumque melos!
 Enarrate DEI miracula! facta stupenda
 Psallite! plaudentes pectore, voce, manu!
 Vindice quod dextrâ, nec non victricibus armis
 Dilecti eja sui Regis itemque Ducis,
 Nostros atque sui prostravit Nominis hostes,
 Ante Annum, illorum nos rapiendo jugo:
 Quod Caput Oenotrii justâ bestiâle Draconis
 Ex irâ attrivit pro meritoque suo;

Ex

Qui nos & nostros de terrâ tollere summis
 Viribus audebat tempore præteritô:
Immô qui DOMINI VERBUM * quod DURAT IN *
 Ævum, tentabat surpere Christicolis: omne *Es. 40. 6.*
Qui totum replere orbem infernalibus umbris *Pf. 119.*
 Haftenus optabat. Pro impietate suâ, *Luc. 21.*
Hic en ille Draco Latialis & ipsius omne *Marc. 13.*
 Cum rasô clerô concidit imperium, *1. Petr. 1.*
Incipit istos laqueos cursû foveamq; dolosam,
 Quæ struxêre piis, præcipitante ruunt,
Ut justam hinc DOMINI poenam cognoscere discant,
 Plectere qui Zelo facta maligna solet.
Nam rabidos rigidam populos quassare per iram *Pf. 2.*
 Ferrisonô sceptrô Magnus Jovah potest.
Proptera DOMINI Nomen celebrator in ævum
 Libator DOMINO gloria, laus & honos!
Cantantor mirabilia Ejus & acta tremenda
 Psalluntor! plausû - voce manuq; - datô!

4. Untreu trifft seinen eignen Herrn.

Incidit in nassam, vicino quam struit, Idem:
 Quiq; altis tendit rere, tenetur eô. *An. 630. 631.*
Hactenus interitum nobis nostrisq; parabant *632. & 633.*
 Papisequæ, ast ipsos obruit interitus.
Perq; Aquilonarem facit illud Jovah Leonem,
 Quem sic extimulat Spiritus heroicus.
Corruit hinc Aquila & cum Papâ Clerus avarus,
 Cumq; nigris fociis Bestia dira cadit.
Corruet æternæ Babel hinc devota ruinæ,
 Et Latii regnum hinc exitiale cadet.
IUSTVS est DEVS & Ita IVsta DEI IVDICIA.
Psal. 119, & Apocal. 15. & 19. Cap.
 D. O.

D. O. M. A. S.
VICTORIA SVETICAE DE VALLENSTENI LEGIONI-
BUS AD LVZEN CAESIS.

Qua itidem cruentissimo praelio ad oppidum Ly-
zen confectò 6. Die Mensis Novembr. Ann. 1632. est
reportata.

I. ΝΙΚΗΤΗΡΙΟΝ ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΚΟΝ

O iterum Lutherani laudate JEHOVAM!
Ejus enim dives gratia sine caret.

O iterum magnum Nomen celebrate JEHOVAE!
Ejus enim dives gratia sine caret.

O iterum forti sacra dicite Jùbla JEHOVAE!
Ejus enim dives gratia sine caret.

Enarrate DEI largam dextramq; potentem!
Ejus enim dives gratia sine caret.

Enarrate DEI largam magnalia metris. *gratis*
Ejus enim dives gratia sine caret.

Enarrate DEI sero benefacta nepoti!
Ejus enim dives gratia sine caret:

Rursus enim calò nobis Victoria venit,
Ejus enim dives gratia sine caret.

Quae na! magna fuit multo memorabilis aeo:
Ejus enim dives gratia sine caret.

Nam JOVAH vicit Svecus Duce & Auspice JOVAH!
Ejus enim dives gratia sine caret.

Cumq; DEO vicit Rex & Victricibus armis,
Ejus enim dives gratia sine caret.

Hostes aspondos, immanes atq; cruentos;
Ejus enim dives gratia sine caret.

Omnia qui ferrò vastabant, omnia flammis,
His plectente DEO nostra piacula malis.

Omnia barbarie implentes & turpibus ausis,
His plectente DEO nostra piacula malis.

Ome

Qui certam nobis mortem nostrūq; volebant,
His plectente DEO nostra piacula malis.
Quiq; sacrō cultū nos ab! privare studebant,
His plectente DEO nostra piacula malis.
Et Libertatem oppressis auferre paternam,
His plectente DEO nostra piacula malis.
Et nos Pace sacrā nostrosq; orbare profanā,
His plectente DEO nostra piacula malis.
Romanoq; jugo satagebant reddere victos:
His plectente DEO nostra piacula malis.
Sed victi in foveam ipsimet cecidere profundam,
Namq; DEI dives gratia sine caret.
Cum fremitū & gemitū in foveam cecidere profundam:
Namq; DEI dives gratia sine caret
Sicut enim lapsō fusus est Tillius Annō;
Namq; DEI dives gratia sine caret,
Ut Dux Holfatie tormenti fulmine quassus;
Namq; DEI dives gratia sine caret:
Ut Fürstenbergus, Schönburg Ervitq; peremti;
Namq; DEI dives gratia sine caret.
Ut nece Baumgarten, nece Grottius occubat atrā;
Namq; DEI dives gratia sine caret,
Utq; Duces alii funestā strage necati;
Namq; DEI dives gratia sine caret.
Atq; uti sunt aliquot tum millia caesa virorum;
Namq; DEI dives gratia sine caret.
Ingens nempe agmen peditumq; equitumq; cadebant,
Namq; DEI dives gratia sine caret.
Ut nil jam dicam de captis nomine multis,
Namq; DEI dives gratia sine caret.
Præterea ut hosti vexilla & martia signa,
Namq; DEI dives gratia sine caret,
Utq; ignem ferrumq; vomentia tormina raptā;
Namq; DEI dives gratia sine caret.
Quodq; anthrac hostis duodenis vicerat annis,
His plectente DEO nostra piacula malis.

Illi- ipsi hōc unō est amissō id p̄aliō ademtum;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Idq̄₃ illi- ipsi q̄vinq̄₃ horis est rursus ademtum;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
Sic Vallenstenii hōc fusus Exercitus Annō;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Sic Pappenhemius ferali clade peremptus;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Sic Abbas pugnā Fuldensis casus eadem;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Vallsteniusq̄₃ Comes Bartholdus ita are perivis;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Sic & Vizlebius, cumq̄₃ hōc Breunerus obivit;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Sicq̄₃ Duces Vestomb, di Foer, Labn, sicq̄₃ Comargo;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Sicq̄₃ horum & reliqvūm Quatuor periēre Vicariū;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Nempē Bredavv, Taubnheim, Camrhoff & nomine Lam-
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret. (parth)
 Sic quoq̄₃ sunt aliquot nunc millia caesa virorum;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Agmen quippe ingens peditumq̄₃ equitumq̄₃ ruebant;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Ut taceam magni captivos nominis hostes;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Ut taceam afflictos numerosō vulnere Martis;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Quin omnis praecepta hosti Vulcania res est;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Bellica tormenta & ferrum eructantia & ignem;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Sic signa à victis vexillaq̄₃ plurima parca;
 Namq̄₃ DEI dives gratia sine caret.
 Cumq̄₃ amplis spoliis opibusq̄₃ haec omnia parca;
 Namq̄₃ DEI d. ves gratia sine caret.

Jamq̄₃

Jamq; id ad oppidulum Lyzen fit Marte cruentus,
 Namq; DEI dives Gratia sine caret.
 Jamq; horam nonam pugnatur Marte furenti,
 Namq; DEI dives gratia sine caret.
 Quod prope Lipsenses agros fuit ante peractum:
 Namq; DEI dives gratia sine caret.
 Sic JOVAH vicit Syecus Duce & Auspice JOVAH!
 Ejus enim dives gratia sine caret.
 Cumq; DEO vicit sic & victoricibus armis:
 Ejus enim dives gratia sine caret.
 Et quamvis Victor septenò vulnere obiret,
 Hoc plectente DEO nostra piacula malè.
 Nil DUX Bernhardus minus obtinet alta tropæa,
 Namq; DEI dives gratia sine caret.
 Enarrate DEI sero benefacta nepoti!
 Ejus enim dives gratia sine caret.
 Enarrate DEI gratis magnalia metris!
 Ejus enim dives gratia sine caret.
 Enarrate DEI largam dextramq; potentem!
 Ejus enim dives gratia sine caret.
 O iterum forti sacra dicite Jubla JEHOVÆ!
 Ejus enim dives gratia sine caret.
 O iterum magnum Nomen celebrate JEHOVÆ!
 Ejus enim dives gratia sine caret.
 O iterum Lutherani laudate JEHOVAM!
 Ejus enim dives gratia sine caret.

Chronologicon prælii Lyzensis.

*Vallenstenienses à Vlnariensi senâ Die NOVEMB-
brls sVnt fVsl.*

**VICTORIÆ LYZENSIS REPETITA
MEMORIA.**

A.C. 1633. Mens. Novembr. Freibergæ habita,

A Nnuā Lyzensis redeunt dum Numine dextrō,
 Tempora conflictūs, meritō sub pectore partim,
 SVECO REGE DUCE ob Geminam Victoriā adeptam,
 Gaudia concipimus lætæ & piæ Jubila celsum.
 Mittimus in cælum: Partim marore replemus
 Luctificō mentes, lacrumiq; cadentibus ora,
 Ob præmatura AUGUSTI proh! funera Regū,
 Perluimus, quotquot colimus sacra Misnidos arva.
 Ecquis enim nostrum lætos in pectore lætō
 Non volvat motus? Qvæ Summi RECTOR & Imi,
 Noster Jovah, potens Zebaoth, Vi & fraude Papali
 Funditūs oppressis, nobis memorabile Divi
 Vindicis auxilium cælo demisit ab altō.
 Scilicet Augustum, Sveonum Septem- q; trionis
 REGEM, Gustavum- Adolphum Re & Nomine Magnum;
 Nonne etenim Imperii Germani Gloria & omnis
 (Paucā retro- rerum vt repetamus temporis- acti:))
 Libertas pedibus vah! concultata protervis
 Et Sacra Relligio & DIVI Reverentia vera
 Omnibus ex oris ferme profugata jacebant?
 Qvæ immō Imperii Proceres populūq; Dynastæ
 Exsilium in miserum propulsabantur iniquè,
 Invetōq; cohercebantur more cavernis?
 Verūm qvūm lateres duplicantur ab hostibus ecce
 Appropereat Moyses, pressos ut liberet Ultor.
 Sic noster SVECLIS pactus cum REGE Polonō
 Post varias strages concordis fœdera pacis,
 NUMINIS Auspitiō dextrō & Victricibus Armis,
 Ex verō Zelō atq; ex Relligionis amore
 Sincerō, oppressis succurrit, panicus Hostis
 Inflati Terror, Germanis Rebus & oris,
 Divini & Cultus & Libertatis avitæ
 Invictus Vindex, Cælō quasi lapsus ab ipsō.
 Ac primō instructus vix septem mille virōrum
 Agmine, per multō Stralesundam liberat hostes
 Absq; mora hinc felicibus ac velocibus armis
 Exsuperat Rugiam atq; Isedom, qvas circuit udus

A. C. 1630.

OCC

Oceanus, faciens progressus inde stupendos,
 Continuo densis expurgat ab hostibus omnes
 Finitimas oras, quas tractu continet amplo
 Cum Pomeranorum & Meg'burgō Marchica tellus.
 Hinc Magdeburgā flammis ferroq; ruinam
 Totalem passā Tylljāni militis æstrō,
 Lypzigia magnum Conventum SAXO coëgit A. C. 1634.
 Imperii Procerum, quos sarcina Martis agebat,
 In Sortis Socium Svecorum REGE receptō.
 Quō factō, post REX Rebus poscentibus arma
 Cum nostrō ENSIGERO sua SAXONE mutua junxit,
 Atq; ita Casarii propē Lypfica mœnia fudit
 Militis innumeras turmas Mavorte cventō,
 Qui præter meritum nostros invaserat agros,
 Et campō reliquas arcens victricibus armis.
 Adq; Visurgis eas famosa fluenta fugavit
 Mox SAXO Castrum Lypzense receptat & Urbem
 Hostibus expulsis, nec non Lusatiam Ultramq;
 Milite Casareo pressam Dux liberat Ense.
 Hinc in Bohemiam tendens ultrice phalange
 Expugnat Praga citō mœnia magna Triurbis.
 Hostibus at Merseburgum REX purgat & Hallam;
 Hinc Magdeburgæ rura illicō plurima vindex
 Atq; Halberstadii districtus occupat una;
 Post in Thyrigetis subigit turrata Bicurgi
 Mœnia; porro pedemq; movens Franconia in arva,
 Hennebergiacas terras sibi subjicit; inde
 Ulterius pergens Würzburgum ad Præsulis Urbem,
 Expugnat Königshofen prænobile Castrum;
 Postea Bambergense solum cum climate Francō
 Occupat, & Svevos, Rheni & qui flumina potant,
 Et Mergenthemium pravi quod fabrica crebro
 Consiliū fuit, atq; alibi multa oppida captat.
 Exinde ad Mœni concedens rubra fluenta
 REX Francofortum petit & cum milite Tyllis
 Undiq; collectō confert sua Martia signa,

B. 3.

Præ-

Præliò ad Aschaffnaburgum prope flumina Mœnũ
 Horrendò factò, hostes stravit strage cruentâ.
 Hinc REX trajiciens Rhenum, Imperialia Spiræ
 Tectaq; Vornatiæ, & reliqvas intercipit urbes,
 Atq; Ligæ residues expellit ubiq; cohortes,
 Præsertim Alsaticis ex sedibus Hasiacisq;
 Vürtembergiacisq; Suëvorumq; stativis.
 His actis properè Bavaras perrexit ad oras A.C. 1632.
 Danubiverdamq; expugnat fortibus armis,
 Heic ubi JAN - TYLLI ex sclopeti succubat ictû.
 Hinc Ingolstadium sine fructû milite cinxit,
 Attamen Augustam felici Vindelicorum
 Exsuperat Fatò, BAVARI Sedemq; Monâcum,
 Et multas alias Urbes, cum Parte Ducatûs
 Maximâ, ubiq; suis spolia ampla & magna catervis
 Indulgens, pro se thesauros legit opimos.
 Intereâ hinc aliò Martis rumore vocatur,
 Quòd Vallenstenius turmis peditumq; equitumq;
 Innumeris passim conscriptis præliò atroci
 ENSIGERO nostro tentet inferre ruinam,
 Qui propè Lignitium, Arnhemio Duce, militis ingens
 Agmen Cesarii sudisset, NUMINE dextrò.
 Nec mora fit, REX & Vallenstenius propè muros
 Norinbergenses properant cum milite multò,
 Ambo ex adversò sua castra stativa locantes:
 Verùm quùm Neuter poterat confringere vires
 Alterius, rectâ & properè Hic statione solutâ
 Misniacos in agros tendit per rura Varisca.
 Ergò REX hostem sequitur noctesq; diesq;
 An possit celeri forsan prævertere cursû.
 Postquam autem turmas hostiles esset adortus
 Non procul oppidulò Lyzenâ milite fessò,
 Aggreditur hostes à summò manè sequentis
 Lucis, ubi primò votis ad NUMINA Cæli
 Præm su, mox ancipiti certamine pugnant,
 In nonam usq; horam, ferventi pectore & armis,
 Donec,

Donec, ita indulgente DEO, fortissimus HEROS,
 REX VICTOR, tandem numeroso vulnere laesus
 Occubat: At SAXO Bernhardus funera REGIS
 Ulturus, Zeló flagranti mordicus hostes
 Prosternens, profugos campis abscedere cogit:
 Sed casó Pappenhemio Vallensteinus excors
 Anfugit inde citó citius sub asyla Bohema,
 Amplis Victori spoliis praediq; relictis,
 Qvis non horrescat auditó funere REGIS
 Hoc insperatò? quis non lacrumis riget ora
 Bargisluis? & quis non compleat aera planctu?
 In medió heu! cursu Fortunæ succubat HEROS,
 Fronde coronandus quercus semperq; virentis
 Laurus, longævos qui vivere Nestoris annos
 Dignus erat, meritis factis aeterna Tropæa,
 Auxiliante DEO qui cum Victoricibus armis,
 Semper pugnando palmam & florentia Lauri
 Serta reportabat Victor celeberrimus olim,
 Plusquam triginta & centum urbium & oppidulorum.
 Ast hoc materiem mihi suppeditabit aliis
 Carminis, ut dignè deplorem Regia Fata,
 Interea gratas JOVÆ persolvere grates
 Nos decet ASTRICOLÆ propter Victoriám adeptam.
 Quæ rursus nostrosq; suosq; cohercuit hostes.
 Qui meditabantur nobis nostrisq; ruinam.
 Ergo Laus & Honos & Gloria sit Tibi, JOVA,
 Semper dicta, PATER, FILI cum FLAMINE SANCTO,
 Duratura Ævi per cuncta perennia secla.

DIXI.

* Bini Protei milleformes *

Flet Papa, flet Cleri, ceu vox vult, concio, DIVI:
 Sed rata stat SVECO, quam Jus dat, gratia, dignis.

2. TRI

II. TRIAS ANAGRAMMATON

Magno GUSTAVO-ADOLPHO, Svecorum
Regi Sacra!

GUSTAVUS-ADOLPHUS, REX SVECIAE.

Per Trinum Anagramma.

I. DUX AUGUSTE FLORES: I! SECA UVAS!

II. DUX AUGUSTE I AUSU! SECA FLORES!

III. DUX AUGUSTE, VI FALSOS URE, SECA!

Planius & plenius.

I.
DUX AUGUSTE agendum Fatis Votisq; sequundis!
Qui FLORES jam inter Lumina Teutoniar,
Cumq; DEO armisq; I Heros victricibus, UVAS
Putres, imperii noxia membra, SECA.

II.

DUX AUGUSTE ageris nutu vultuq; TONANTIS!
Scande ex Oceano limina Teutonidon!
Iq; AUSU rapido, atq; SECA Rex vindice Zelō
Pestiferos FLORES fortior insidiis.

III.

DUX AUGUSTE agito, Svecorum maxime Reor!
Tu noster Gedeon, Josua & alter ovas.
VI FALSOS Jesu socios, sed verius hostes
Teptonici Imperii, funditus URE, SECA!

TRIAS ISOPSEPHON

ILL. IPSI R. M. SACRA.

I. ΓΟΥΣΑΥΟΣ ΑΔΟΛΦΟΣ Ο ΣΥΡΚΙΟΣ:
ΛΑΥΕ! ΧΕΙΣ ΕΛΠΙΣΚΕ ΤΕΥΤΟΝΙΔΩΝ:

3063.

3063.

Σ. ΓΟΥΣΑ

2. { ΓΟΥΓΑΥΟΣ ΑΔΕΛΦΟΣ Δ ΣΥΗΚΟΣ : 3473.
 { ΜΕΤΑ ΘΕΟΝ ΠΟΥΡΓΟΣ ΓΥΛΟΣ ΚΕ ΤΕΥΤΟΝΙΔΟΣ 3473.
3. { ΓΟΥΓΑΥΟΣ ΑΔΕΛΦΟΣ ΣΥΗΚΟΣ : 2853.
 { ΓΕΡΜΑΝΙΑΣ ΥΨΙ ΦΥΛΑΞ ΜΟΝΑΡΧΗΣ Κ' ΕΝΘΕΟΣ. 2813.

Latina Singulorum Interpretatio.

I.
Patria Libertas premitur ceu NUMINIS Almi
 Cultus, quin Proceres macerat exsilium.
 Ergo AGE! Teutonidon Manus ac Spes certa salutis!
 Vivimus auxilio Consilioq; tuo.

II.
Post Summum JOVAM, Svecorum Magne Dynasta,
 Arx Tu Teutoniae ac firma columna cluis,
 Ergo agedum! nostrae Patriae ac subcurrito nobis,
 Quos Anti-Christi prestat ovale jugum!

III.
ET magnus miseræ Augustus- Germaniæ- Adolphus
 Custos & Divus Marte Monarcha soli est.
 Quo salvò Eusebie, Libertas Juraq; stabunt.
 Salva & Majestas integra Teutonidon.

III. CORONIS.
Magnus Alexander SVECO concedat & Hector,
 Cedat Achillis epos, cedat Ulyssis epos:
 Concedat Romanorum generosa Corona
 Heroum, cedant Grajugenumq; Duces!
 Hos si non superat noster Rex fortibus ausis,
 At certè cunctis æquiperandus erit.

OMEN VOTIVUM.

reLLIgo eVangeLICa, aC Libertas gerManICa
 à rege sVeCo restItVta VIgebVnt.

Δ. Τ. Θ.

7. VARIA PORTENTA ET OMINA,

*Quæ memorabiles illos geminos conflictus, ad Lipsiam
scilicet & Lyzenam singulari Fato præcessere.*

1. De albâ columbâ in prælio Lipsiensi. 7. Sep-
tembr. Ann. 1631.

Augustum omen erat, quod paulò accidit ante
Pugnam, quæ circum Lipsicâ rura facta est.
Nam Sveo-Saxonicas Legiones albâ columba
Tum circum volitans æthere visa fuit,
Id præsentis erat manifestum Flaminis Almi
Et jam victuri militis indicium.

2. De Tillii morsu & Sveci colapho illi inflictò. 1631.

Tunc Tillio colaphum inflixit SVEO strage cruentâ,
Lævæ alæ morsum Regis ut ille dedit.
Sic præcedenti signabant somnia nocte:
Quàm graphicè ô factum, quàm benè & appositè!

3. De tribus Leporibus viam fugitivis Tillianis
monstrantibus 1631.

Nobile & omen erat, quòd tres Lepores in apertò
Surgentes campò præviîere viam,
Illicò post stragem quâ illos Exercitus ingens
Cæsaris aufugiens ponè sequutus erat.

4. De alba columba in præliò Lyzensi. 6. No-
vembr. Ann. 1632.

Vt pugnam præiit Lipsensem Numinis omen,
Circum Saxonicos albâ columba volans:
Sic in Lyzensi & circum volat albâ palæstram
Svecorum, palmæ certæ, columba, nota:

5. De albò vexillò à Cæsarianis 5. Novembr. ob-
tentò. 1632.

Vexillum niveum, prælii acti pridie ab hoste
Quod Svecones Fatis obtinuerè bonis,

in quo

In quò picta nigella Aquila, & VICTORIA signis
Aureolis scriptum, nonne bonum omen erat?

6. De binis Aquilis diversis in locis & temporibus
Sclopò trajectis.

Forchemii sclopò Jovis ales sicuti casus
Misnorum in tractu nempè metalliferò est:
Sic quoq; Coburgi Francorum avis aëra findens
Talis sclopeti glande peracta perit.
Id quod paulò post Aquilæ signasse ruinas.
Caesariae voluit, nec fruit omen iners.

7. De ominosâ Comœdiâ 1631. & pugnâ ludicrâ
1632. habitâ.

Quam memoranda duo geminae praeludia cladis,
Scilicet ad Renam, Lipsiacumq; solum!
Quæ Lojolitici fratres & clerici, in urbe
Hi Cambâ dederant, illi at in Hildesiâ:
Nam personatos Svecum heic Tillumq; duello,
Certantes in equis Comica Scena dedit;
Illic hos pedites ab utraque parte cohortes
In campum eductas ludicra pugna videt.
Tillus utrimq; perit: Nam fusò heic milite captus,
Sclopò ibi stratus equò, sed sine glande, cadit.
Quod post eventus fatale utrumq; docebat,
Tillus ut ad Renam, & Lipsica rura ruit.

II. De Numeris quibusdam mysticis & diebus
ominosis:

Et I. quidem Septenario numero Septimi Sep.
tembr. 1631.

Septenus numerus Criticis sacer omnis habetur.
Et Virginalis dicitur Logisticis.
Nec malè pòl! dictò hinc nam Mense Dieq; triumphant,
Ceu virgines sacrae, RELIGIO atq; REGIO.

2. De 7. Die Septembr. Reginae sacrâ. 1632.

Septima Septembris Lux quàm bene Numine dextrâ
Reginae dextrum nomen & omen habet.
Hâc Sacra Religio, hâc Libertas Teutona regnant:
Occubat hâc acie & funditur hostis atrox.

3. De Senario & Novenario, 6. Novembr: 1632.

Perfectus numerus senarius usq; putatur,
Sicut novenus primus- ultimus Sophis:
Hinc vitæ cursum perfectum sexta Novembris
Lux attulit SVECO & diem prim- ultimam.

4. De 6. Die Novembr. Leonbardo sacrâ. 1632.

Heu quàm dura dies Boreali nempe Leoni,
Sacra Leonbardo, sexta Novembris erat i
Dum prope Lyzenam prædurum dura Leonem &
Semper- victorem, sustulit illa dies.

5. De 6. Coronis in Insignibus Regiis.

Sex, tua quævis gaudent Insignia SVECE, Corone
Quid nam designant? quidvè notare volunt?
Prima Dica, Eusebie altera, Marti tertia, Fame
Quarta est, quinta Poli, sextaq; Martyris.

6. De variis variorum temporum prodigiis, ostentis,
presagiis & visionibus.

Quod Boreas quondam moturus bella erat Austro.
Quod Aquilæq; Aquilo damna daturus, idem
Indicia, ostenta, presagia visaq; passim
Centupla nota- salo & nota- dedere solo.

7. Quinam Imperii Tyrannis se opponere potuerit.

Scilicet Imperii Germani nemo Tyrannos
Vincere quibat, huic subditus Imperio:
Victor debebat peregrinus adesse, manipulus
Cui terra ne, unus subditus Imperio.

8. Qua-

Quaterni Protei de SVECO plusquam mille formes.

*C*eu mera *Lu, Vis, Calx, Falx, Nex, Nox, Crux, Rota, Pix, Styx,*
Tum quoq; Pus, Mus, Sal, Fel, Seps, Gryps, Strix, Pyra Liga:
Sic mihi Lex, Lux, Fax, Pax, Spes, Res, Dos sacra, Mens, Gens,
Quin Leo, Sol, Mel, Flos, Ros, Jus, Tus, Rex SVEO, Mavors.

Chronologicon.

MIRABILIS & Inperuestigabilis DEI VIA
In operibus suis.

Δ. T. Θ.

D. O. M. O. D.

CASTRUM DOLORIS HONORISQ; SERTUM:
DIVO GUSTAVO-ADOLPHO;

Svecor, Gothor. Vandalorumq; Regi: Etc.

Augustiss. Fortiss. Victoriosiss. Gloriosissimog;

HEROI.

Qui 6. Die Mensis Novembris An-

no 1632. in cruentissimo illo praelio Lyzensi, quinque
sclopeti glandibus (DEI opt. Max. permisso) trajectus, aliisque in-
super duobus vulneribus affectus, heroicè occubuit, atq; ita in a-
cie pro Evangelica Religione & Libertate Germana fortissime di-
micando & pie & beatè in JESU CHRISTO expiravit, eoque hanc
mundi caducitate in Cœli perennitatem. ex hac miseria in
beatitatem illam, perque mortem ad vitam emi-
gravit, transivit:

Ex sincero grati devotiq; animi adfectu L. m. g.
Positum atq; Contextum.

G 30.

EPI.

QUA-



I. EPITAPHION REGIUM:

Ex Nomine & Titulo Illustrissimo:

Gustavus-Adolphus Magnus, DEI foventis benevo-
lentiori Gratiâ; Svecorum, Gotthorum atq; Vanda-
lorum Rex: Magnus-Princeps Fiennilandtiæ ac Pie-
laponiæ: Dux Ehestoniæ ut & Carroeliæ: nec
non Dynastes Ingridiæ: & ceterorum:

Exactè per Anagramma, Diphtongis resolutis, factum.

Miles JÖVAE, unò CHRISTO Duce, sanctius Agmen,
Approperans Vindex, vi vimq; expello Tyranni:
Hostis & arma retundendo victricibus armis,
Pro Lege & Grege tela DEO gero, Numine faustò.
Vana ah Fata! volens pugno! en cado! ut annuit

Æther!

THRENODION.

Eheu quàm graviter tutudit mea viscera rumor
Ille gravis! quàm me fama cruenta ferit!
De Sveci Regis nece scilicet insperatâ;
Sclopeti Hunc quinq; heu! occubuisse globis!
Pes stupuit! riguere manus! vox faucibus hæsit!
Membrorum neutrum præstitit officium,
Omnem Spem præter primum ut per venit ad aures
Rumor is ingratus, fama ea dira meas.
O utinam sat aquæ capitis convexa tenerent!
O utinam scatebras lumina nostra darent!
Ut largò rapidum lacrumarum flumine Fat. m.
Deslerem Regis præproperumq; diem:
Ut noctes unctum Domini plorare diesq;
Per totas essem voce gemente portis!

Quid queror at multū? quid plāctibus aëra fundo?
Quid lacero impatiens ungvibus ora feris?
Sic DOMINO visum est: Ejus benedicta voluntas!
Nominis ipsius magnificetur honos!
Ut Domino placuit; juxta sapientiae abyssum
Nempe sua, factam est Fata regente DEO.

2. EPICEDION.

Qvam prae maturō nobis heu funere Regem
Svecorum, Patriae Spem, DELIS eripuit!
Ast factum si rem studio spectare velimus,
Nostrig³ id causā Papicolūmq³, puto.
Nimirum ne quis nostrūm fortasse teneret,
Ex animi ignarā simplicitate sui,
Non aliter potuisse DELIM defendere Verbum
Forte suum, nisi Rex vivus in orbe foret;
Et malegrata suam ne plebs fiduciam JOVÆ
Subtraheret, fidens plus nimio orbicola.
Dein ē Papicolis ne quis prorumpere talem
In vocem auderet pro levitate sua.
Pro Lutheranis nisi SVECLIS in arma ruisset,
Dudum gauderet fabula sine suo;
Cum Lutheranis esset jam scilicet actam,
Jam calcarentur Pontificiq³ jugo:
Ast aliter JOVÆ visum: Ut Pars mentis inertis
Errorem discant utraq³ nosse suum,
Namq³ probe cætum potis est servare JEHOVAM,
Æqua cum mediis quàm sine usce, suum.

4. EUCHARISTICON.

L Audibus illustres Heroas ad astra vehamus!
Ut Patria maneat gratia digna Patres,
Multa per hos siquidem celeberrima præstitit orbi,
Magna per hos fecit JOVAH potente manū;
Per bene rexerunt populos & subdita Regna,
Parrarunt ductū facta stupenda DEI:
Omnia gesserunt prudenter & omnia dextre,
Rexerunt gentes Justitiā auxiliō.

Hinc

Hinc Tibi pro cunctis benefactis digna rependat
 Præmia, Rex, tribuens gaudia sancta DEUS!
 Hinc Tibi pro cunctis benefactis sponte coronam
 Angelicæ vitæ reddere JOVAH velit!
 Heic at, Dive tuum Rex Nomen Honosq; Decusq;
 Florebunt seclis pone perennifluis!
 Nam Tibi Teutonicâ pro Libertate placebat
 Proq; sacra prompte Religione mori.
 Cumq; DEI pugnans dextrâ & Victoricibus armis,
 ANTE IN ut & TUA POST FUNERA VICTOR E-
 Hinc tua tripliciter Virtus post Fata virebit, (RAS.
 Et tua nascendus concinet acta Nepos.

5. ALIUD. GRATIALE.

O REX Sancte, DEUS, qui compensare caducas
 Assolet æternis munera sponte bonis,
 Cuncta Tibi nobis collata refundat abunde
 Officia & curam & regmen & auxilium!
 Quidquid & adversi DIVINI Numinis ergo
 Nostri q; in mundò passus es absq; modò,
 Quidquid & expense jacturæ, scommatis atq;
 Sensisti casus tristis, id omne putâ,
 JOVAH Tibi gratò divòq; rependat amore,
 Æternâ & vitâ, Cœligenisq; bonis!
 JOVAH Tibi id rutilò stabiliq; refundat honore,
 Perpetuis jublîs, angelicisq; jocis!
 Nulla Tui capiet nostras oblivio mentes,
 Nec Te animis nostris eximet ulla dies.
 Donec hic orbis erit, donec Germania stabit,
 Semper erit meritis gratia digna tuis.
 SEMPER apud memores vivet bene-gratia-facti,
 Dum peragunt refluas noxq; diesq; vices,
 Semper epos, Nomenq; tuum Laudesq; vigeunt,
 Dum Solusq; Die, Lunaq; Nocte nitent:

6. ENCOMIASTICON.

S I res ob gestas vivit post funera Virtus:
 Dignum & laude Virum Musa perire vetat,

Perq;

*Perq; Artem & Martem gnavo si surgit eorum
Cultori perpes gloria, fama, decus:*

*SVECO perpes erit sua gloria, fama, decusq;
Nec vivum à Fatu Musa perire sinet.*

7. Collatio cum Josiâ & Juda Maccabæo.

Josias falsi cultûs Judasq; rejectis

Idolis, atheis fictitiisq; sacris,

Templum purgarunt, excisisq; undiq; Lucis

Rege reducâ fuit Res ab utroq; sacra.

Tali pœnè modò Magnus Gustavus- Adolphus

Promovit sanctum Relligionis opus:

Quando per Imperium Papali Idololatriâ

Neglectâ invexit salvificam Eusebien;

Scilicet Eusebien, quam fert Confessio sancta

Augustana, sacris consona scripta Libris.

8. Collatio cum Hiskia, Josaphath, David & Assâ.

Qui precibus fudit plures ardentibus, hostes,

Armis quam reliqui, Svecus Adolphus erat:

Hic fuit Hiskias alter, hic Josaphath alter,

Hic alter David, alter & Assâ fuit.

9. Collatio cum Judâ Maccabæo.

Cum Maccabeus pro Lege & pro Grege Judas

Decertans acie fortiter occubuit:

Sic Rex Svecorum pugnans pro calite cultû

Et Libertate en Martyr ovalis obit.

Ille quidem propriâ pro plebe & lege paternâ,

Assâ hic pro nobis nempè alienigenis.

10. Collatio cum Gedeone Samson & Josua.

Cesserat ut Gedeon, Samson & Josua Fatu,

Hostibus Israël qui eripuere suis,

Nil minus Israël hostes delere nequibant,

Sed salvâ incolumis Relligione stetit:

Sic noster quamvis Rex fato præcoque raptus,

Nostra baut Relligio protenus interuit:

Quin' DELL'S Heroes adcinget robore Flatus,

Quæ salvis stabunt Curia, Tempa, Schola.

iii. Collatio cum Maccabæis.

Vt Jude Jonathas, Simon Jonatha ut fuit olim:
Post mortem vindex tempore quibus suo:

Sic nostrum Judam quoque vindice JOVAH beabit.

Intrepidò perquam tempore quippe brevi.

Quin immò Regis fatalis ademptio plures

Hostium, ad exemplum Samsonis, interimet,

Quam vivens vitâ semper Victricibus armis

Orbavit Victor, sic moderante DEO.

Chronologicon Lugubte.

MC Fatis placide & Late GUSTAVVS-ADOLPHVS

Pro Libertate ac Religione vult.

Δ. T. Θ.

TRES FLOSCULORUM DECADES,

Ad Cenotaphion Regium Honoris, Amoris & Memoria cau-

sa non sine suspiriis dispersorum.

REX de se-
ipso.

1. EN IVIDI! VIM VICI sorte favente 1632.
Qui victor stetit, an Morte jacere putas?

2. Angelicò Cœtu vigilante & vindice veni,
Vidi & vici hostes pectore magnanimò.

3. Imperii merui Sceptra, enses, Coronamq;
At sic dante DEO pulla feretra tuli.

4. A teneris Auctore DEO & victricibus armis

Praelia magna Ugerens magna Utopæa fero.
Umulta Ugerens Umulta U

5. Imperit ut Procères vivant, REX clade recumbo:
Ut palli vivant, sic Pelicanus obit.

6. Per mea Fata, velut Phoenix, post funera vivo.
Augusti factis laudèq; perpetua.

7. Religionis Servator, Germania Asylum;

Hoc Tumulo mea post Fata superstes ovo.

8. Pro Aru proq; Focis pugnando domiq; foruq;

Germanis factus victima morte mea.

9. Qvda

9. Quod Patrum Regnam, quod Scepton, quodq; Co
ronam

Deserui, id iussit Religionis Amor.

10. Hostiles qui inter turmas tado vulnere multo,
Cum caetu Angelico nunc sacra Jæbla cano.

Germania
de Rege.

11. Eusebia at pressa, sic Libertati ademptæ
Vindex Rex quovis tempore Svecus erat.

12. Ut Promachus cum Josua erat vel quolibet ausu,
Sic & cum nostro Vindice JOVAH fuit.

13. Qui fuit heros Gedeon & Josua factis,
Is Sophia Salomon, Is pietate David.

14. Cælestis vita qui tingitur euge Coronæ,
Annon Is Rex sit gloria Olympiaca?

15. Augustus - Gustavus per Metagamma fit unum?
Nobile at auxilium Teutoni Adolphe, sonas.

16. Ensifero Imperii socia & fraterna tulisti
Auxilia, o Svecæ, ut Nomen & dælapos habet.

17. Quantum erat Sæcus Zelotes NUMINIS Almi!
Quantus erat Heros au sibus insolitis!

18. Cujus Vita Papæ pestis fuit, hujus acerba
Mors erit interitus truxq; ruina Papæ

19. Terror, mors pestis, Gustavus - Adolphus ut hosti,
Sic solamen erat vita salusq; piis.

20. Quæ Svecus potuit, Viadrus docet, Ister & Albi,
Litus, Pegnesus, Rhenus, Heræa, Nicer.

21. Misniaci oppidulum Lyzenam ignobile ruris
Morte suâ victor, Rex Sveo, nobilitat.

22. Væ; aq; vilo pennas Aquila diffudit in auras
Ipsius & rapdos præscidit unguculos.

23. Ecce Notum Boreas chaustris explasit avitis;
At Borean Notus enervat & exannat.

24. Exoriare aliquis Regi hujus Sanguinis ultor!
Seu Sveo, seu Teuto sis, nihil intererit.

25. Lurida lethalis, Ligicis L. littera luctus
Lypziga, Lyza, Lygniz, livida labra licat.

26. S.

9. Qvda

QK 2/47/14

- 26. S. duo straverunt Legiones saepe Ligistis
Electo Saxo & Rex Sveo strage gravi,
- 27. Finalis Germanorum Z littera fatum
Romanis Lygniz; Lypziga, Lyza tulit.
- 28. Ad Fanum Mnemes heic Sveci Laurus & Ensis,
Semper-victoris arma, reposta vigent.
- 29. Augusti famam Sveonis vebat immortalem
Aetheris arctophylax sic per utrumq; polum.
- 30. Principum Magnus, Medium Finisq; Suecus
Mi fuit heic, mi Rex omnia Svecus erit.

Auctoris Appendix.

★ Bini Protei milleformes. ★

Fert sacra Rex Svecus, qvævis dat, vulnera, nitri:
Sic sua stat Regi, ceu, vir fert, gloria, laudem.

OMEN VOTIVUM

reCORDatio Magul GVstaVI, regis & HeróIs
strenVI, perpetVò Virebit!

Δ. T. Θ.

TEΛΟΣ.



WAT

mc



...
...
...

nitri:

eróls

mc

ULB Halle 3
004 807 375






Namq; Tu
Co
Accipe qua
Ma
Accipe pra
No
Ex III
CONRAD
LENPERG
PERIC
M
E
CONSILI
EN IUSTI
ODISTI S

obas.
Generose, put
refectum,
vaso boni!
BARONIS:
BARO A CAL
LUSATIAM SU
TARIUS IN
EN, AT-
onfictar.
RTE INCLYTUS
ROS;
ERVATOR HO
TI ES!
IMPIA GESTA;
MUNERA!
M. Q.
Auctoris Musa.

